

De Victoria a^o MCMXLV parta Contemplatio

Caecis ex tenebris in lucem venimus almam:

Mundi pax orta est, legibus arma silent.
Teutonico jam nos saevo oppressi dominatu
nostrates jubilant: significat tricolor.
Nos quoque gaudemus patrios fluitare colores,
quamquam de nostris anxietas remanet.

India nostra quidem mos detestabile figum,
quod per tres annos flensque gemasque tulit,
excubiis, sed cum vix tandem aulaca prematur,
quid spectatores horribile adspiciunt?

Prima epistula ex Indonesia affertur

Optata eveniunt: paulatim aulaca premuntur
et spectatores solliciti adspiciunt.

Sperantes et nos pariter, pariter motuentes,
vivimus intentis mentibus atque animis.

En, veluti solis radius post nubila densa,
ex Oriente atque candida charta venit.

Cara scripta manu permulcet epistula mentem
confirmatque animum laetique corda facit;

Nostri omnes vivunt, quamvis atrocis passi,
vivunt atque valent: gaudia nos superant.

Jankeens premiter: 7 schem gaat naar, het

Koneel wordt gichtbaer.

aulacum tollitur: 7 schem gaat op, het
Stah is uit.